



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 85. Franciæ Orator datis ad primum Legatum literis Sessionem prorogari petens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI  
A.C. 1562.

quam emolumentum partem adjudicantes, aliam vero personis vilibus, atque infamibus, quas sibi subrogabant, cedentes: denique illiberale hoc hominum genus, ut quæstum facerent uberiores, mille artibus, ac fraudibus sacrilegis, atque impiis populo illudebant, indulgentias falsas, ac ficta miracula prædicantes, & iis, qui stipem dare recusabant, cum imprecationibus mala omnia, infortuniaque minitantes; porro his, aliisque impietatibus, omnibus fidelibus odio simul, & offensioni erant: hinc materiam hanc Præsules discutebant, atque de illis corruptelis plurimum discurrentes innumera impie facta commemorabant, ac simul remedia olim frustra tentata, & tunc nihilo magis profutura explicabant, unicuique tantummodo reperiebatur remedium, quod unanimi prope consensu probatum, ejusmodi quæstorum nomen, & usum abolere poterat. Hæc sententia omnibus ferme Patribus ardebat.

§. LXXXV.

*Franciæ Orator datus ad primum Legatum literis Sessionem prorogari petens.*

*Pallav. l. 16.*  
*c. 5. n. 9.*

Hæc cum interea gererentur, Mantuanus Cardinalis primus Papæ Legatus



gatus literas die decima quarta Aprilis datas accepit, quibus ille hæc significabat: „Electus sum a Galliarum Rege „Orator ad Synodum, adjunctis mihi „duobus sociis, Arnolde Ferrerio Præ- „sede Parisiensi, & Guidone Fabro de „Bibrac sanctioris Senatus Con- „siliario: mei vero adventus festi- „nationem pro viribus polliceor; si vero „non succederet accessus ante statutum „Sessionis diem, Patres rogo, ut tres, „quatuorve dies illam differre vellent. „Hæc Gallici Oratoris petitio in con- „ventu die vigesima Aprilis habito a Le- „gatis proponebatur, re autem matu- „rius ponderata nil decisum fuit, nam petitio quidem nonnullis æqua videba- „tur, potissimum eo nomine, quod Sy- „nodus præprimis petente Natione Gal- „lica ad sedandos hujus Regni tumultus „fuiſſet coacta: altera vero ex parte du- „bitabatur, an liceret Patribus diem „Sessioni præstitutum extra Sessionem „prorogare? porro id Granatensis Archi- „episcopus constanter pernegabat, eo- „quod juxta ejus mentem decentiæ le- „ges præscriberent, ut Sessionis dies cer- „tus, notorius, & solemniter ritu sit in- „dictus, quatenus sic cuilibet eam adire „in promptu esset, hinc a privato cœtu „haud immutandum dicebat, nec mi- „nus huic dilationi obsistebant Hispani

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.



Sæc. XVI  
A.C. 1562.

Præfules, qui instanter, ut Sessio die præfixa haberetur, petebant, addentes, nec definiendum esse in proxima Sessione ullum dogma, nisi prius Gallos desuper audiendi opportunitas esset.

§. LXXXVI.

*Franciæ Regis epistola ad Lansacum suum Tridenti Oratorem.*

*Mem. pour  
le Concil. de  
Trente.*

Hæc Lansaci petitio consona erat votis Franciæ Regis, qui aliquot ante ejus discessum diebus prima Maij ad ipsum hæc perscripserat: „Regni mei „tumultus indies magis, magisque in- „valescunt, quamvis pro reddenda pace „nihil intentatum relinquam, eapropter „Episcoporum discessum retardavi; hi „enim mihi exponebant, quod ferventibus adhuc hisce dissidiis gregem suum „deferere nequeant, veriti, ne se absentibus falsi Doctores conscenso suorum Ecclesiarum suggestu populum seducant, novisque erroribus imbuant: „hanc ob causam pro Regni mei quiete, ac totius Christiani orbis bono „plurimum conducere censeo, ut Sessio „proxima usque ad Episcoporum adventum differatur, quatenus tanti momenti negotium a me propositum non præcipiti consilio, sed matura deliberatione plurium Prælatorum ex variis „regionibus confluentium pertractari valeat: